



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CLXXIV. Gebrüder von Luten bekunden die Stiftung des Altares der  
Jungfrauen Marien und Katharinen und der drei Magier in der Jacobikirche  
zu Stendal, am 1. Dezember 1346.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

Frankoni doleatori, ciuitatis nostre Stendal ciui, fideli nostro dilecto, suisque veris et legitimis heredibus considerata ipsius mere fidelitatis constancia in ipso manifeste comperta nichilominus nobis exhibita suppreum iudicium ville Belkow cum precaria denariorum et frumenti dicte ville cum vectura seu seruicio curruum vniuerso, nec non cum singulis et omnibus suis pertinentiis memoratis, supremo iudicio, precarie atque seruitio curruum ex debito vel ex iure pertinentibus, prout hactenus nobis pertinebant inantea pacifice et quiete iusto pheidii titulo perpetuis temporibus sine impedimento quolibet possidendum. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes sunt nobiles viri Iohannes, Parcgravius in Nurnberch, Iohannes de Buch, strenuique Iohannes de Haufen, camere nostre magister, Hele Marschalcus, Albertus de Wolfftain, Otte de Helben, milites, Gerke Wolf et Marquardus Loterbeck cum ceteris fidedignis. Datum Tangermünde, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL sexto, feria III ante diem S. Martini.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 91.

CLXXIV. Gebrüder von Lutten bekunden die Stiftung des Altars der Jungfrauen Marien und Katharinen und der drei Magier in der Jacobikirche zu Stendal, am 1. Dezember 1346.

Nos Rule ac merseke, fratres, dicti de Lutten, in scriptis literis recognoscimus publice protestando, Quod collatio altaris per nos et discretum virum dominum Johannem, plebanum in magna Swechten de nostris et bonis magistri petri de tangermundis, phisici, in honore beate et gloriose virginis marie, beate katherine ac trium magorum fundati et siti in ecclesia sancti Jacobi apostoli in opido Stendal, debet seruari et in perpetuum permanere secundum formam literarum capituli ecclesie sancti Nicolai in dicto opido Stendal super dicti altaris fundacione et collacione editarum et continenciam earundem. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum sub Anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Cristi millesimo trecentesimo quadragesimo Sexto, feria sexta ante festum beati Nicolai Episcopi et Confessoris gloriofi.

Nach dem Originale im Besiß der Jacobikirche.

CLXXV. Markgraf Ludwig gestattet den Stendalschen Bürgern, welche außer der Stadt wohnen, bis er ihnen dazu verhelfen werde, wieder in die Stadt zu ziehen, den Fortgenuß ihrer Rechte und den Gerichtsstand vor dem Vogte zu Tangermünde, am 17. Dezember 1346.

Wy Lodewich, van godes genaden markgreue to brandenborch vnd to lufitz, pallanzgreve by dem ryn, Hertog to beirn vnd to kernden, des heiligen romeschen rykes overste kernerer, Bechennen, dat wy vnse huld vnd genade gegeuen hebben vnd geuen vnfen lyuen getru-